

Luke 4. 22 COMMUNION

MIRABÁNTUR omnes de his, quæ procedébant de ore Dei.

All wondered at these things which proceeded from the mouth of God.

POSTCOMMUNION

QUÆSUMUS, omnipotens Deus: ut illius salutáris capiámus effectum, cujus per hæc mystéria pignus accépimus. Per Dóminum.

We beseech Thee, O almighty God, that we may obtain the effect of that salvation, the pledge of which we have received in these mysteries. Through our Lord.

SUB TUUM

Ant. VII

SUB tu-um præ-sí-di-um con-fú-gimus sancta De-i
 Under thy patronage we fly, O holy Mother

Génitrix: nostras depreca-ti-ó-nes ne despí-ci-as in ne-
 of God: reject not the prayers we send up to thee

cessi-tá-tibus: sed a perícu-lis cunctis líbera nos sem-
 in our necessities, but ever deliver us in time of peril,

per, Virgo glori-ó-sa et be-ne-dícta.
 O Virgin glorious and blessed.

MATERNAL HEART of MARY

Traditional Latin Mass Chaplaincy - Lewisham

PROPER of the MASS

FIFTH SUNDAY AFTER EPIPHANY

Psalm 96. 7-8

INTROIT

ADORATE Deum, omnes Angeli ejus: audívit, et lætáta est Sion: et exsultavérunt filíæ Judæ. Ps. 96. 1. Dóminus regnávít, exsúltet terra: læténtur ínsulæ multæ. V. Glória Patri.

Adore God, all you His Angels: Sion heard, and was glad: and the daughters of Juda rejoiced. Ps. The Lord hath reigned, let the earth rejoice: let many islands be glad. V. Glory be to the Father.

COLLECT

FAMÍLIAM tuam, quæsumus, Dómine, continúa pietáte custódi: ut quæ in sola spe grátiae cæléstis innítitur tua semper protectióne uníatúr. Per Dóminum nostrum.

In Thine infinite goodness, we beseech Thee, O Lord, to watch over Thy household, that even as it relies solely upon the hope of Thy heavenly grace, so it may ever be defended by Thy protection. Through our Lord.

Colossians 3. 12-17

EPISTLE

FRATRES: Indúite vos sicut elécti Dei, sancti, et dilécti, víscera misericórdia, benignitátem, humilitátem, modéstiam, patiéntiam: supportantes ívicem, et donántes vobismetípsis, si quid advérsus áliquem habet querélam: sicut et Dóminus donávit vobis, ita et vos. Super ómnia autem hæc, caritátem habéte, quod est vínculum perfectiónis: et pax Christi exsúltet in córdibus vestris, in qua et vocáti estis in uno córpore: et grati estóte. Verbum Christi hábitet in vobis abundánter, in omni sapiéntia, docéntes, et commonéntes vosmetípsos psalmis, hymnis, et cánticis spirituálibus, in grátia cantántes in córdibus vestris Deo. Omne, quodcúmque fácitis in verbo, aut in ópere, ómnia in nómine Dómini Jesu Christi, grátias agéntes Deo, et Patri per Jesum Christum Dóminum nostrum.

Brethren: Put ye on therefore, as the elect of God, holy and beloved, the bowels of mercy, benignity, humility, modesty, patience: bearing with one another and forgiving one another, if any have a complaint against another: even as the Lord hath forgiven you, so do you also. But above all these things have charity, which is the bond of perfection: and let the peace of Christ rejoice in your hearts, wherein also you are called in one body: and be ye thankful. Let the word of Christ dwell in you abundantly, in all wisdom, teaching and admonishing one another in psalms, hymns and spiritual canticles, singing in grace in your hearts to God. All whatsoever you do in word or in work, do all in the name of the Lord Jesus Christ, giving thanks to God and the Father by Jesus Christ our Lord.

Psalm 101. 16-17

GRADUAL

TIMÉBUNT gentes nomen tuum, Dómine, et omnes reges terræ glóriam tuam. V. Quóniam ædificávit Dóminus Sion: et vidébitur in majestáte sua.

The Gentiles shall fear Thy name, O Lord, and all the kings of the earth Thy glory. V. For the Lord hath built up Sion: and He shall be seen in His glory.

Psalm 96. 1 ALLELUIA

8. 

A L-le- lú- ia. * ij.

ALLELÚIA, allelúia. V. Dóminus regnávít, exsúltet terra: læténtur ínsulæ multæ. Allelúia.

Alleluia, alleluia. V. The Lord hath reigned, let the earth rejoice: let many islands be glad. Alleluia.

Matthew 13. 25-30

GOSPEL



IN illo témpore: Dixit Jesus turbis parábolam hanc: Simile factum est regnum cælórum hómini, qui seminávit bonum semen in agro suo. Cum autem dormírent hómines, venit inimícus ejus, et superseminávit zizánia in médio trítici, et ábiit. Cum autem crevísset herba, et fructum fecísset, tunc apparuérunt et zizánia. Accedéntes autem servi patrisfamílias, dixerunt ei: Dómine, nonne bonum semen seminásti in

At that time Jesus spoke this parable to the multitudes: The kingdom of heaven is likened to a man that sowed good seed in his field. But while men were asleep, his enemy came and oversowed cockle among the wheat, and went his way. And when the blade was sprung up and had brought forth fruit, then appeared also the cockle. And the servants of the good man of the house coming, said to him: Sir, didst thou not sow good seed in thy field? Whence then hath it

agro tuo? Unde ergo habet zizánia? Et ait illis: Inimícus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt ei: Vis, imus, et collígimus ea? et ait: Non: ne forte colligéntes zizánia, eradicéti simul cum eis et tríticum, Sínite útraque créscere usque ad messem, et in témpore messis dicam messóribus: Collígite primum zizánia, et alligáte ea in fascículos ad comburéndum, tríticum autem congregáte in hórreum meum.

cockle? And he said to them: An enemy hath done this. And the servants said to him: Wilt thou that we go and gather it up? And he said: No, lest perhaps, gathering up the cockle, you root up the wheat also together with it. Suffer both to grow until the harvest, and in the time of the harvest I will say to the reapers: Gather up first the cockle and bind it into bundles to burn, but the wheat gather ye into my barn.

Psalm 117. 16, 17

OFFERTORY

DÉXTERA Dómini fecit virtútem: dextera Dómini exaltávit me: non móriar, sed vivam, et narrábo ópera Dómini.

The right hand of the Lord hath wrought strength: the right hand of the Lord hath exalted me: I shall not die, but live, and shall declare the works of the Lord.

SECRET

HÓSTIAS tibi, Dómine, placatiónis offerímus: ut et delícta nostra miserátus absólvas, et nutántia corda tu dírigas. Per Dóminum.

We offer unto Thee, O Lord, the sacrifice of propitiation, that Thou mayest of Thy mercy, absolve us from our sins, and Thyself direct our inconstant hearts. Through our Lord.

PREFACE OF THE MOST HOLY TRINITY

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancta, Pater omnipotens, æterne Deus. Qui cum unigenito Filio: tuo et Spiritu Sancto, unus es Deus, unus es Dominus: non in unius singularitate personæ, sed in unius Trinitæ substantiæ. Quo denim de tua Gloria, revelante te, credimus, hoc de Filio tuo, hod de Spiritu Sancto, sine differentia discretionis sentimus. Ut in confessione verare, sempitiernæque Deitatis, et in personis proprietas, et in essential unitas, et in majestate adoretur æqualitas. Quam laudant Angeli atque Archangeli, Cherubim, quoque ac Seraphim: qui non cessant clamare quotodie, una voce dicentes:

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God: Who, together with Thine only-begotten Son, and the Holy Ghost, are one God, one Lord: not in the oneness of a single Person, but in the Trinity of one substance. For what we believe by Thy revelation of Thy glory, the same do we believe of Thy Son, the same of the Holy Ghost, without difference or separation. So that in confessing the true and everlasting Godhead, distinction in persons, unity in essence, and equality in majesty may be adored. Which the Angels and Archangels, the Cherubim also and Seraphim do praise: who cease not daily to cry out with one voice saying: